



Nf. 20.

1. M. Petr. Adolph. Boysen Eclogae Anteologicae ad difficultate Pauli iller Act. XXVII, 9.
2. D. Theodor Hassi Disertatio Philologico-historica de Templo Onie Heliopolitano.
3. Joh. Philipp. Caselii Tenebrae Philologico-Criticum de vocibus Unus et Cilona ad Scholiasten Liverolii fol. XI, 1740.
4. Eiusdem Disertatio Critico-Philologica de Vocabulo Prognostio Kärtta
5. D. Bened. Gallus Stanowiz de Luca Cooncepta medico. Id colog. IV, 1745.
6. M. Dexeni Demonstrationes ad Hebreorum Grammaticam pertinentes. Hale
7. M. Joh. Dexeni Demonstrationes de Proprietatum ordine Chronologico.
8. Disertatio M. Joh. Christ. Freinsii de Auguano confessionis interpretatione hebreorum et aramearum philosofo Gallo Hacensis. Hale 1736.
9. M. Joh. Justi Corrii disertatio philologica de Hebreos veteris Christianae scripturae strophum vnde olim quoque operibus.
10. D. Joh. Henr. Michaelis Disertatio inauguralis ex exercitu qua proposito verborum foli. XLIX, comp., usq; ad fin. Crimbum.
11. M. Christ. Bejer. Michaelis Disertatio Historico-Philologica le Jeremiam et volvicio suo.
12. D. Christ. Bened. Rich. Oratio solennis de Daniel Landabili exemplo typicorum Triennii sicut emoratur.
13. Corrii et Kruegeri epistola regulacionis et novitiorum. D. C. Ren. Michaelis de jure orde.
14. Christ. Bened. Rich. Disertatio Philologico-Historica inauguralis de objecto Paulini remaria Christi Rom. VIII, 179.
15. Eiusdem Disertatio Theologico-historico-critica quia Copius XXXV. Genes. Noctis

P.C.B. Michaelis de notione corporis et ipsius.  
fallat neq; viola cognoscatur.  
v. C.B. Michaelis.

DISSE<sup>o</sup>RTATIO  
PHILOLOGICO-HISTORICA  
DE  
**TEMPLO ONIÆ  
HELIOPOLITANO.**

Quam

בצורת האל היי

PRÆSIDE

Viro Celeb. & Dodissimo

Dn. THEODORO HASÆO,  
S. S. Theol. Doctore, ejusdemque in Illustri Brem.  
Schola Professore Publ. Ord. & ad D. Virg. Aëdem  
Pastore vigilant. ut & Collegii Scientiarum, quod  
Berolini floret, sodali dignissimo.

Placide Eruditorum subjecier disquisitioni

A U C T O R

JOHANNES PHILIPPUS CASSEL,

Bremensis. S. S. Theol. Stud.

Ad diem Jovis qui incidit in XXIII. Martii A. MDCCXXX.

H. L. Q. S.

B R E M Æ,  
Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, Illustris  
Gymnasii Typographi.

DISSERTATIO  
PHILOLOGICO-HISTORICA

DE  
THEMPO ONIAE  
HELIODORI TANNO.

DE  
THEMPO ONIAE  
HELIODORI TANNO.

No. 622. Q. Vogelius

DU THEODORO HAZIO

22. Typus Dogmatis de jure et iustitia publica  
scilicet Iustitiae Imperii. O. 15. C. 11. D. 7. V. 1. Y. 1.  
Postea diliguisse ut eae colliguntur, quae  
belotiunt fortis, et fortissimi, &c.



JOHANNES PHILIPPEUS GAVSII

17. Typus dogmatis de jure et iustitia publica  
scilicet Iustitiae Imperii. O. 15. C. 11. D. 7. V. 1. Y. 1.

18. Typus dogmatis de jure et iustitia publica  
scilicet Iustitiae Imperii. O. 15. C. 11. D. 7. V. 1. Y. 1.

19. Typus dogmatis de jure et iustitia publica  
scilicet Iustitiae Imperii. O. 15. C. 11. D. 7. V. 1. Y. 1.

20. Typus dogmatis de jure et iustitia publica  
scilicet Iustitiae Imperii. O. 15. C. 11. D. 7. V. 1. Y. 1.

بِسْمِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ  
الْفَقِيرُ :

DISSESTITATIONIS  
PHILOLOGICO-HISTORICÆ  
DE  
TEMPLO JUDÆORUM  
HELIOPOLITANO.

CAP. I.

*De Onia exstructore templi, ejusque Familia.*

ARGUMENTUM.

§. I. Occasio. §. 2-3. Oniaæ familia indicatur. §. 4. Successio Pontificum M.<sup>1</sup> post captivit. Babyl. alias intricata in clara luce ponitur. §. 4. Judæorum de Onia Simonis Justi sententia rejicitur, & Jofephī de Onia IV. statuminatur. §. 6. Selde-  
nus refutatur.

§. I.

**I**ntra varia, quæ mihi, de argumento dissertationis, pro studiorum ratione, speciminis ergo, scribendæ, cogitanti, se obtulere egregia themata, illud ipsum de TEMPLO ONIAE HELIOPOLITANO præ aliis ar- rixit. Neque id ingratum fore Philologia & antiqui- tatum studiofis pñne mihi persuadeo, cum quoniam hic labor à nemine ante hac, quantum scio, ex professo suscepimus, tum quia plerique, qui paululum in hac palestra desudarunt, primoribus tantum, quod ajunt, labellis illud tetigerunt, vel una eademque chorda oberrarunt. Summi igitur numinis implorato auxilio ad ipsam rem nos conferamus, principio exposituri exstructorem Oniam ejusque familiam, dein exstructionem templi ipsam, & deni-

A

denique splendorem & destructionem, quibus quædam de vaticinio Jesaiæ XIX. in quantum scopum nostrum ferient ad demus.

## §. II.

ONIAS Oniaæ hujus nominis tertii summi pontificis fuit filius, ut testatur FL. JOSEPHUS, L. XIII. *Antiq. Jud. C. VI.* & L. XX. c. 8. „Onias tertius Pontifex summus Patrem habuit Simonem II. Onia II. filium, qui tres reliquit filios, Oniam, Jasonum si- ve Jasonem, & Oniam Juniorem qui dein Menelaus dici maluit, qui omnes ad sacerdotiæ summa tandem pvererunt fastigium. JOSEPHUS L. XII. a. J. c. VI. & Iav. GOAR in *Annot. ad G. Syncelli Chron.* pag. 70. Primus horum seu Onias III. in summo Pontificatu Simonem II. Patrem exceptit, & ille est, qui fortiter restitit Heliodoro depositas in templo gazas diriperet volenti, quem divina nemesi tactum, in pristinam per preces suas valetudinem restituit, ideo haud iunmerito laudatus a scriptore 2. *Maccab.* 3. seqq. ob Εὐοσθίαν τε καὶ μισθωπλα. confer G. SYNCELLI *Chronicon.* pag. 278. edit. Paris. 1652. fol. Ad hunc Oniam literas ab Ario Lacedæmonum Rege ablegatas esse, in quibus cognatio Judeorum & Spartanorum, quin etiam utriusque gentis ab una stirpe Abrahamo origo afferitur, haud improbabile videtur; vid. 1. *Maccab.* 12. & JOSEPH. L. 12. *Antiq. c. 5.* Steph. MORINI *Dissert.* pag. 1. & seqq. & Cl. BUDDEI *Hist. Eccles.* V. T. T. 2. p. 925. Hic vero Onias III. Pont. M. cum mature decederet, filium reliquit impubrem & minorem Oniam, ob cuius attatis defectum Jesus seu Jason Oniaæ III. frater pontifex decernitur, soluto prius Antiocho Epiphani Syrorum Regi ingenti auri pondere *Jos. I. c.* Interea Menelaus itidem frater Onia III. & hujus Jasonis, trecentorum amplius, quam Jason solverat, talentorum paclione, pontificatum ab Antiocho obtinet, Jason fratre detruso, & urbem excedere jussso. Et tunc primum pro dominantium libidine & petentium ambitione, pontificatus in tempus dari & auferri coepit, qui antea perpetuus, neque pro libertu erat excludens. Secundum Cl. SELDENUM de Success. in Pontif. L. I. c. VI. Alias enim hic honor semel assumptus non abrogabatur, sed primus Antiochus Epiphanes hanc legem solvit pro Jesu subrogato in hoc sacerdotium fratre ipsius Onia: *Joseph.* E. 15. *Antiq. c. 3.* & L. 12.

## HELIOPOLITANO.

L. 12, c. 6. In hoc tam corrupto Judæorum statu, cum Onias filius Oniæ III. hæres summi sacerdotii legitimus ephebis excessisset, & jam integer annorum esset, omnis ad Sacerdotium pervenienti spes ei esset praecisa, aufugit in Ægyptum, ibique in familiaritatem Ptolemaei Philometoris Regis & Reginæ Cleopatræ se insinuavit, à quibus templum exstruendi licentiam petuit. Qua de re jam plura.

### §. III.

Hic tamen plane alia ingressi Doctores Judæorum sunt via ordinem hunc invertentes, & Simonem Justum duos genuisse filios affirmantes, Semajam & Oniam, ex quibus Onias, natu licet minor, in Pontificatu maximo à Patre Successor fuerit declaratus, siquidem isti gerendo muneri magis idoneus, sed cum per jus primogeniturae id neutiquam liceret, Onias à fratre & populo repulsus, Semajah Sacerdotium summum obtinuit, & hic Alexandriam se recepisse ibique templum exstruxisse dicitur.

### §. IV.

Hoc vero, cum quam maxime hic in controversiam vocetur, utque ex hoc Labyrintho eluctemur, seriem & ordinem Pontificum Max, post captivitatem Babylon, adeoque ab exstruktione templi II. hic paulo uberior diducere, & in clara, præunte FL. JOSEPHO Historiarum illius temporis unico fere Scriptore, luce ponere, necesse erit, hæc enim successio, quoad Judæos multis Maæandris est obsepta, & plane adversa fronte hic pugnare videntur. Vera illorum haec fuit successio:

Josedeck cuius Filius

1. Jofua, qui rediit ex captivitate cum Zorob. & pro-movit ædificationem templi Ildi,
2. Jojakim
3. Eljasib
4. Jojada vel Juda
5. Jonathan, & Johanna-
6. Jaddus
7. Onias I. Filius Jaddi
8. Simeon I. Justus, Oniæ I. Fi-
9. Eleazar, Simonis Frater

- |                                 |                                |
|---------------------------------|--------------------------------|
| 10. Manasses Patruus Eleazaris  | III. Templi Heliop. Con-       |
| II. Onias II. Sim. Justi Filius | ditor                          |
| 12. Simeon II. Filius Oniae II. | 14. Jason Oniae III. Frater    |
| 13. Onias III. Filius Simonis   | 15. Onias vel Menelaus Jasonis |
| Onias IV. Filius Oniae          | Frater                         |
|                                 | 16. Alcimus.                   |

Conferri possunt de hac Pontificum Max. serie: Cl. LIGTHFOOTUS de Ministerio Tempoli Hieros. cap. 4. sct. 3. T. 1. p. 684. JOS. de VOISIN in obs. ad Raymundi Martini Pugionem Fidei. p. 21. &c. SELDENIUS de Success. in Pontif. L. I. c. 6. & Cl. BUDDEUS Histor. Eccles. T. 2. sct. 6. §. 6. &c. Et hunc successionis Pontificum M. ad hæc usque tempora cum Josepho etiam fere assertarunt ordinem, NICEPHORUS Archiep. Constant. in Chronogr. Compedit. pag. 407. & Chronicon Paschale sive Alexandrinum p. 188, apud Cl. RELANDUM Antiq. S. L. 2. c. 2. §. 4.

## §. V.

Hinc elucet, potiores subesse rationes, quo minus statim Judaorum Magistris toto annuamus hic capite, ut taceamus, Josephum Doctoribus Talmudicis multo antiquorem & in rebus historicis accuratiorem esse, adeoque ei maiorem fidem etiam competere debere:

1. Enim hoc facit, quod *Judei* sint *peccati historie magistri*, ex quo enim patria expulsi sunt, omnis apud illos historia crassis erroribus & fabulis est inquinata, quibus proinde nihil credendum, nisi alii testes accedant. Secundum ILL. Hug. GROTIUM Comment. in Matth. XXIV. Cl. Gusseium & Forsterum in prefatt. Lex. aliosque.

2. Judæi, ut in hac re, ita etiam in tota Pontificum Max. templo II. serie nisíferè hallucinantur, cum plurimi eorum Simeonem Justum, cum ejus avo Jaddo confundant, & Simeonem Nepotem in avi Jaddi locum surrogent, uti cernere est, apud Doct. LUNDIUM in Antiquitt. Jud. L. III. c. 23. §. 16. Quin etiam plane diversimode ordinem hunc Pont. recensere, patet ex testimoniosis R. Isaaci de Lattes, item è Gem. Joma, Kerithuth, Jevammoth &c. à Cel. H. RELANDO l. c. c. 2. s. 6, adductis.

3. Causæ,

## HELIOPOLITANO.

5

3. Causæ, cur Onias in Ægyptum fugisse, ibique templi exstruendi privilegia petuisse creditur, aptius apud Josephum, quam apud Judæorum Doctores cohærent, & Judæorum, qualis tunc temporis fuit, corrupto statui magis convenientum.

4. Ipse met Onias II. Simeonis Jufi Filius in numero Pontificum recentetur, & Onias III. avus fuit, qui ipse hoc munere haud bene functus est, ut etiam remotionem non curaret. *Jos. L. 12. c.*

4. A. J.

5. Nec ulla mentio, apud ex Judeos Scriptores est Semajæ filii Simeonis Justi, forsitan hic Semajam vel Simeonem rursus cum hujus Onias II. filio permiscent, nepote sc. Simeonis Justi, siveque tota Pontificum M. successio penitus destruitur, & horum Chronologia meritis incertitudinibus inititur, nec Regis Ægypti, sub quo templum hoc conditum, præcise nomen indicant, sed omnia de hoc Onia Simeonis Jufi Filio, ejusque templo Alexandrino, (sive id per πατροπαγαδον factum, sive per corruptos hac de re codices & Manuscripta,) tanquam corrupta, incerto nitentia talo, & ut longius petita recenserent, ut in ipsa tractatione ex exemplis & testimonis Judæorum allegandis ulterius patebit. Ut adeo eo minus de Josephi sententia dubitari hic posse rear, quo magis unus ille, in historia illorum temporum pridem eruditis fidem persepe probavit, cum è contrario Rabbini parum tribuendum esse fidei constet, imo consitulo bonarum rerum profiteri ignorantiam sæpe videantur.

§. VI.

Misum vero eruditis jam dudum fuit visum, quomodo CL. SELDENIO in hoc studiorum genere veritatisimo, in mentem venire potuerit, duo diversa, ex Josephi & Judæorum scriptis distinguere templa, in *Tract. de Success. Pontificum L. I. c. 8.* Alexandriae, inquit, collocatur illud (templum) de quo Talmudici; Leontopoli hoc, quod Josephus & Scriptores habent Christiani. Hoc etiam Antiochii Epiphanis & Ptolomei Philometoris tempori tribuitur, illud ut superiora multum repeatat initia, neceſſe est, si tam prope excessum Simonis Justi, seu ad filium eius sursum trahatur: Et statim rursus: Tempus, locus, persona utriusque invicem discrepat. Hic enim dum loca Josephi contulit, in quibus de hoc templo agit, deprehendisse sibi viſus est, Josephum

A 3

phum omnino de duobus templis Ægypti diversis loqui, altero ab Onia Simonis Justi filio, prope Alexandriam condito, altero ab Onia IV. in Nomo Heliopolitano, regnante Ptolomæo Philometore exstructo: Præcipuum argumenti hujus robur & vis in male intellecto JOSEPHI loco, *de Bello Jud.* L. 7. c. 30. est posita, ubi meminuit templi *Onia Simonis Filii*. Ex quo tandem SELDENUS l. c. ita concludit, & item hanc decidit: *Talmudicorum בֵּית חֲנוּן Templum Onia idem fuisse cum Heliopolitano illo ab Onia Simonis, apud Josephum, filio exstructo: Et quia in Alexandria præfectura positum est, forte, illud Alexandria situm, dixisse.* Sed si locum hunc Josephi cum aliis bene contulerimus, omnia convenire cerimus, partim, quoniam descriptio hujus templi in loco allegato, cum illa, que in *Antiq.* L. 12. c. 6. continetur, convenient, partim, quoniam hoc loco resert se mensuram & vasa templi in *libro VII. de B. Jud.* jam commemorasse, adeoque repetere heic rursus nolle. τὸ δὲ μήτρας αἵτε καὶ τὰ οὐκίν τὸν τὸν ἐδόξει μοι δηλῶν, εἰ γὰρ τὴν εἰδόμην με βιβλῷ τῶν Ἰεροῖς πολέμων αἴσχυλον γέγονται. Mensuram vero ejus εἶ νασα νῦν non libet repetere, commemorata jam ante in septimo belli Judaici volumine, pag. 433. edit. Cl. Ittagi Coll. L. 20. c. 8. pag. 700. Sed ubi aliter Josephus mensuram & vasa recensuit, quam L. 7. c. 30. de bello Judaico? Et hinc, quam clarissime sequitur, illum utrobique de uno eodemque templo, & de Onia III. filio Onia IV, ejus conditore, non vero Onia Simonis Justi, verba facere. Quod vero Josephus Oniam Simonis dicat, illud factum, vel per errorem & παρεπαμένα amanuensium, vel quod Onias hic nomine Simonis etiam fuerit insignitus, vel quod per filium hic nepotem intellexerit, & ita omnia hac in re optime fluunt. Porro hic Onias Simonis, id est, Onias II, à Josepho multo aliter describitur, quam quod talia moliri fuisset ausus, quippe qui securitatem publicam non curaret, sed modo pecuniis parcens, conjiceret in periculum populum, à quo & pontificalem honorem acceperat: Hinc segnitie & ingratitudinis, cum apud Regem Ægypti accusatus non bene de illo meruit: *Ant.* L. 12. c. 4. adeoque omnis via ei erat præclusa, ne libertatem à Ptolomæo templum exstruendi obtineret, imo tum (quod præcipue hic debet animadverti.) annis gravi, animi impetus, ut nova & inaudita conaretur dudum deserbuerat.

Ex

## HELIOPOLITANO.

Ex his itaque quam clarissime patet Josephum non innuisse Oniam II. Simonis Filium, sed Oniam IV. & Cl. Seldenum humani aliquid esse passum, ut etiam ostendit Cl. VITRINGA Comment. in Jes. XIX. pag. 582, in nott. Eatenus vero sententiae Seldeni subscrivimus, quatenus ille templum Oniae in Alexandrina praefectura idem cum Heliopolitano fuisse affirmat, & quidem illud ab Onia Oniae tertii filio, non vero Simonis exstructum fuisse, partim, quoniam Alexandrina Regio & praefectura circumiacentes Νόμος forsan sub se comprehendenteret, partim etiam, quoniam Judæi ut exules apud exterios degebant, & in Chronologia superiorum temporum ita accurate non erant versati.

## CAP. II.

### De Exstruptione Templi Heliopolitani.

#### ARGUMENTUM.

§. 1. Josephi §. 2. Iudeorum de occasione exstruptionis templi Oniae, testimonia recententur, de lite Simeoneum inter & Oniam fratres, ob Pontificatum M. §. 3. Notio vocum בָּבֶל, אַנְקֵלִי Stomachi, אַסְטוֹמְכָא רְלָבָן eruuntur. §. 4. 5. Ultior explicatio occasionis templi Oniae, ex Iudeorum scriptis continetur. §. 6. Pontifex M. præpostere induitus & quaesam ejus poena. §. 7. Tempus & annus exstruptionis hujus templi exputatur. §. 8. Locus ubi templum exstruatum indicatur. §. 9. Prolise de Bubasto Urbe, ejusque etymo, de III art. Aegypt. Diana Bubatis, de cultu felis nomine Bubatis, de Herba Artemisia, Josephus hinc accenditur, de veneratione Scarabæi. §. 10. Provocation ad vaticinum Iesaiæ XIX. 18. 19.

#### §. I.

**H**icce præoccupatis ipsam Historiæ arcem adoriri fas est. Turbatis valde sub Antiocho Epiphane Iudeorum rebus Onias hic patrui cæde territus, & præcisa omni aviti hororis recuperandi spe, quoniam Alcimus vel Jacimus non ex familia Pontificum natus, Sacerdotium summum, exstincto Menelao, obtinuerat, & dignitas hæc in aliam domum translata erat, de quo Alcimo prolixè III. SCALIGER ad annum Eusebii Pamph. ADCCCLVI. pag. 144. Et Cl. SELDENUS de success. in Pont. L. I. c. 9. Onias, inquam, hic alia via dignitatem generis sui tueri, & sic in

## DE TEMPLO ONIAE

inclarescere statuit, ideo ausfugit in Aegyptum, hinc JOSEPHUS L. 12. c. 15. A. Jud. Et Idem imprimis L. 13. c. 6. ait: ὃ δὲ οὐκ τῷ ἀρχιερέως ὑπερόνυμον δὲ ὁν τῷ πατρὶ οὐν ἀλέξανδρος Φιγαὸν πρὸς ἀπολεμάσιν τὸν επαναλέμνον Φιλομήτορα δίηγεν, ιδῶν τὴν ἱδαιαν πακυμένην ὑπὲ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν, βιβλόμενον ἀντὸν μνήμην αἰώνιον πατασκεύασμα, διέγνω πίμφας πρὸς ἀπολεμάσιν τὸν βασιλέων καὶ την βασιλίσσαν πλεπτήσαν, εἰτήσονται πᾶς ἀυτῶν ἐξαστίαν, ὅπως ὀποδομήσειε ναὸν ἐπιστύπτω, πάρος πλάσιον τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ λευτος καὶ Ιερός εἰ τε ἴδια γενῆς πατασκεύην. Onias autem pontificis Oniae filius, qui profugus Alexandriae degebat apud Ptolemeum Philomotorem, videns Iudeam vastatam à Macedonibus eorumque regibus, ἵνα sibi memoriam eternam gloriarum parare volens, decrevit à Rege Ptolemaeo ἵνα Regina Cleopatra per literas petere, ut sibi licet in Aegypto, instar illius Hierosolymitani, templum adificare, et in eo Levitas et sacerdotes ex suo genere constituere. Conf. BASNAGE dans l' Histoire des Juifs. T. 7. pag. 170. PRIDEAUX in Connex. P. 2. L. 4. p. 266. JURIEU dans l' Histoire des dogmes P. 2. p. 288. HOTTINGERUS in Pentade diff. Chron. pag. 450. SCHOTANUS in Bibl. Hist. V. T. T. 2. p. 1300. SIGONIUS de Republ. Hebr. L. 2. c. 7. & ibid. J. Nicolai.

## §. II.

Talmudici vero hic in illo erroris luto herentes, de quo in antecedentibus, hanc historiam de Onia Simonis narravit, eum Oniam filium natu minorem, testamento ordinasse sacerdotem summum, quia ejus frater natu major mente erat captus. Sic codex Menachot fol. 109. 2. apud Cl. LIGTHFOOTUM Hor. Hebr. in Job. 4. 20. et Cbr. CARTWRIGHTUM in Mellificio Hebr. L. 5. c. 5. Simeon Justus moriens, dixit, Onias filius meus ministrabit mea vice: Invicit ei frater ejus Shimeï, senior eo existens annis duobus et dimidio. Dixit ei, ades, et edocebo te normam ministerii. Induit ei ἄνογκλι et cinctit eum בְּצַדְקָתָךְ (id est, cingulo vel subligaculo.) statuitque eum juxta altare, et dixit fratribus suis sacerdotibus. Videite, quidnam bic voverit, praesertim uxor iue, hoc nempe, quo die ministravero ego in summo sacerdotio, induam pectorale tuum, et cingar cingulo tuo. R. Salomonis glossa in hunc locum dicit, quod sit אונגקל. מלבוש של שער אונגקל id est vestis coriacea, sed Aruch ex Avoda Zarab Quid est?

## HELIOPOLITANO.

9

R. Abba dicit אַסְטוּמָכָא דְּלִבָּא Stomacha cordis. cap. 2.  
pag. 62. edit. Edzardi. Sed R. Obadias Bartenorienfis ad cod. 9  
cap. 13. explicat כהנת בר דקה שלבשות הנשים על בשרן: Tun-  
cam lineam tenuem, qualem mulieres super carnem suam induere solent.

§. III.

Origo vocis אַונְקָלִי obscura est, quamvis significatus ejus ex ipsa historia aliquatenus possit cognosci & erui. Shimeini enim, ut fratrem suum Oniam Sacerdotio exueret, utque illum sacerdotibus tanquam stultum & delirum proponeret, autor fuit, ut in ministrando, pectorale uxoris pro rationali scil. Ephod gereret, & ejus cingulo loco cinguli pretiosi sacerdotalis cingetur, ut sic illum totum ad pontificatum redderet ineptum. Ne vero plane ἀνέκλητον; ab etymo redeamus, vocem ex duabus vocibus compositam esse censerem, ex אַנְקָלִי per literarum permutationem pro כָּלִי Instrumentum, Vas, item Vestimentum ut denotet vestimentum pelliceum, quemadmodum etiam ad l. c. Glossa explicavit. Vocem vero כָּלִי vestem denotare, evincimus tam ex sacris quam etiam Talmudistarum Pandectis, sic, Levit. 13. 49. Si plaga lepre fuerit viridis עֵזֶר in veste pellicea, ostendetur sacerdoti. Et Deut. 22. 5. לא תְּחַזֵּק כָּלִי גָּבָר עַל אֲשֶׁר Non erit, vel ne sit, veste viri super mulierem, id est, non induet mulier vestem virilem, &c. Et cod. Talm: cap. 7. m. 5. יְוָמָא כָּלִים וְחוֹרוֹת בְּאַרְבָּעָה Sacerdos magnus octo vestibus ministrat, gregarius quatuor. Sæpius notio hæc occurrit in cod. Talm. de Jejunio à Dan, LUNDIO latinitate notisque donato. cap. 4. m. 8. (Ultrag. 1694. 8.) pag. 60. R. Levi BARZELONITÆ leg. 99. Abrab. PERITZOL itin. Mundi cap. 18. p. 118. edit. Th. Hyde, MAIMON præfat. in Perek Chelek sive 13. caput Sanbedrin in Porta Mosis pag. 158. edit. Oxon. 1655. Cl. Pocokii. Ex cod. פרה cap. 4. sett. 1. ubi per כָּלִי לְבָנִים Maimon ad b. l. intelligit בְּנֵי לְבָנִים vestes albas, vid. Cl. BRAUNIUS in Aureo de vestitu Sacerd. Hebr. Opere L. 2. c. 24. §. 696. Joh. DIETERICI Antiquit. Bibl. T. 1. p. 276. & Ccl. MILLIUS in Dissertt. Sel. No. 9. §. 10. pag. 258. Hinc בית, אַונְקָלִי apud Rabbinos denotat domum digitorum, id est, Chirothecam ex pellibus factam: Et sic quando Rabbini אַונְקָלִי per interpretantur, incertum per æque incertum rursus

B



rursus explicant, unde Oedipo hic opus esse videtur. Quare, ut hæc vox etiam lucis aliquid accipiat, originem ejus & nativum significatum inquitamus. Vocem אַסְטוֹמָכָא Judei, ut multas alias è Græcia mutuo sumserunt, ubi Στομαχός est fistula, per quam cibis descendit, binc PLINIUS Hist. Nat. L. XI. c. 37. ait, summum gule fauces vocantur, extrenum stomachus. Impropiæ vero Στομαχός dicitur de Ventre, cuius officium est cibum appetere, unde receptaculum ciborum apud Laetantium de Opificio Dei cap. XI. vid. ibid. Betulejus. hinc JUVENALIS sat. 5. vs. 49.

Si Stomachus Domini servet, vinoque ciboque. A. GELLIUS dicit duas esse fistulas, easque ab oris faucibus deorsum proficiunt, per earum alteram deduci & delabi in stomachum esculenta omnia & potuienta, L. 17. s. 11. Unde Στομαχός dictus ἀπὸ τῆς Στομαχίας καὶ Χειρός, quod cibum ejusque chylum per orificium suum per totum corpus diffundat, illudque nutriat. vid. A. MACROBIUS Saturnal. L. 7. c. 4. Franc. Marii CRAPALDI Onomast. (Dordr. 1618. 8.) p. 317. BEVEROVICII Idea Medicine Vet. pag. 37. VOSSII Etymolog. b. 7. pag. 573, & FUNGERI Lex. trilingue. pag. 800. Eundem voci אַסְטוֹמָכָא Rabbini adscribunt significatum: Sic R. D. KIMCHI ad 1. Reg. 19. 8. בְּלֹרֶר שְׁנֵתְהָרָן ita scribit in בכח האכילה היהודית, וְלֹא שְׁלָחָן אֶתְהָרָן הַמִּצְבָּלָן נְאַסְטוֹמָכָא וְלֹא בְשָׁלָחָן אֶתְהָרָן הַמִּזְבְּחָן: id est, quasi dicereatur, quod commoratus ejest cibus in Stomacho, neque concorxisset eum facultas concoctrix, neque attraxisset eum facultas attractrix. Prolixius paululum MUSAPHILÆ est terminionum in additam: ad Aruch. voce בְּלֹשֶׁן: אַסְטוֹמָכָא פְּרוֹשֶׁשׁ בְּלֹשֶׁן: אַסְטוֹמָכָא יְוִי וּוּמִי פִּיהָרָס לְבָרוֹ נְעַתְּקָה מֶלֶחֶת וְלַפְעָמִים לְכָל הַכְּרָס וְעַזְבָּן רֻהָּנָפָאים הַקְּדָמָנִים הַוּ קְרוֹא וְסַפִּי הַכְּרָס לְבָכִי בְּחַלְיוֹ בְּפִזְבָּן רֻהָּנָלְפָה הַלְּבָב אָמָרוּ חַכְמָיו לְפִי הַכְּרָס לְרַבָּא וְכֵן אָמָרוּ חַוְלָה וְלַבָּא וּוּקְרָא רַבָּא תְּהִלָּות וְלֹבֶב בְּזֹות פִי הַכְּרָס: Greca & Latina Lingua STOMACHUS vocatur orificium ventriculi solum, interdum autem transfertur vox hec ad totum ventriculum. Et quia Medici veteres appellarunt orificium ventriculi cor, eo quod illo male affecto cor debilitatur & languescit, idcirco Sapientes nostri, os ventriculi vocant Stomachum cordis. Eademque ratione vocant etiam debilitatem & gravitatem Stomachi debilitatem cordis & gravitatem cordis. Plura ad hanc vocum אַונְקָלִי וְאַסְטָנוּמָכָא וְלַבָּא notionem assert G. E. EDZARDUS

## HELIOPOLITANO.

DUS in nott. doct. ad tract. Talm. עבורה זרה cap. 2. p. 381, cui & locum hunc Musaphiæ debemus. Et BUXTORFIUS in Lex. Rabbin. pag. 149. § 160. Qualis vero nexus & tertium comparationis, sic inter vestimentum & stomachum, ingenii mei tenuitas nondum ex laciniis Judæorum divinare potuit, ita ut hic potius cum alias eruditissimis viris ignorantiam fateri, quam multa lubrica & incertâ semita fundasse, malim. Quid enim explicatio hæc Judæorum נֶגֶל per Stomachum cordis sibi velit, Delii natatores judicent: Si conjecturæ locus, forsitan speciatim per Stomachum indicare voluerunt situm illum cinguli, qui circa stomachum erat.

### §. IV.

Sed redeamus in viam? Judei vero Simeonis animadverentes simplicitatem, malitiamque Oniæ, hunc loco illius iustis & promeritis quærebant afficere poenis, sic enim *Historia Gemarica Menachoth* pergit: Machinati sunt frères ejus sacerdotes ei necem, ast ille aufugit, § evasit in Alexandriam Ægypti, struxitque ibi altare, obtulitque Sacrificia idolatriæ: Hac sunt verba R. Meier, sed dicit ei R. Juda. Res ita se non habuit, sed non agnovit Onias, Shimei fratrem suum esse se seniorem annis duobus § dimidio: Verum tamen ei invidit Onias, § dixit ei, Veni, § edocebo te normam ministerii Sc. Et sic recutitæ gentis doctores mutuo rursus dissentunt & scenam totam invertunt, ita ut referente R. Juda, Onias fratrem suum Simeonem peccorali vel Stomacha cordis induerit & cingulo uxorio cinxerit. Ea propter sacerdotes machinati sunt necem Simeoni, at cum ille totam rem enarraret, machinati sunt necem Onias, § ille aufugit in Alexandriam Sc.

### §. V.

Ab ovo vero hanc rem deduxit R. Salomon BEN VIRGA intract. וְהַדּוֹרָה latina veste à G. Gentio induito, Amst. pag. 71. qui in colloquio cum Rege Hispaniæ & aliquo Thoma, forte Aquinate (ut conjectat Cel. Hamburgenium Polybiblor D. WOLFIUS Biblioth. Hebr. T. 1. pag. 1052.) varias clades & fata Judæis ubique terrarum inflicta recensebat, tandem etiam superaddit historiam templi Gerizim & Oniæ hujus Alexandriae, sed tamen ἀρούμενος exstruxit, de quo prolixè ita scribit: Fuerunt inter Judæos duo fratres filii iudam justi, majorque cum sacrorum rationem minus intelligeret, pater mi-

norem rituum Sacrorum magis intelligentem, pontificem maximum creari voluit, sed ille pontificatum recusans eum fratri natu majori ultro detulit. Ille vero aliquanto post, cum facti peneriteret, fraude excoxitata, qua eum in culpam impulsum pontificatu moveret, hujuscemodi verbis est aggressus. Age vero, docebo te sacros ritus, illumque induitum ueste sacerdotibus inuictata, cinxit cingulo profano, ueste inquam, ḥ cingulo, quibus mulieres uti solent. Quo ad aram deducto ipse ad sacerdotes, qui in templo erant, descendit, En, inquit, frater meus habet amicam, quam amat, cuius ista uestes ḥ cingulum sunt, illi enim juravit, quo primus die pontificatum iniret, se ejus uestes in signum amoris, quo eam prosequatur, induitum esse. Tum omnes consurrexerunt sacerdotes, eum occisuri. Ille obtestatus eos, audi- rent primum verbum ejus: Enarrato illis fratris sui dolo, verum dixisse, compertus est. Quare minorem nefarii dolii manifestum, dum ad supplicium deponunt, ille in aulam Regis evasit, unde cum ipsum abstrahere pararent, Alexandriam in Agyptum profugit. Ubi à se struxo templo, pontifex Maximus constitutus est. vid. cod. מנהרות sive de Oblatt. cap. 13. & ad eundem cod. R. Obadia de Bartenora prolixum sed insigne testimoniū apud Cl. SELDENUM l. c. L. I. c. 8. Cum enim partim ibidem totum illud descriptum extet, partim etiam consonum reliquis adductis, non libet hic repeterē: Confer, MEGILLA cap. 1. Sepher JUCHASIN fol. 15, fac. 2. Hieros. fol. 43. R. GEDALIAS חנינו בנו של שמעון הצדיק בה שרשלה הקברנית מרים Oniam, filium Simeonis Iusti edificasse sanctuarium aliud (ab Hierosolymitano) Alexandriae, que in Agypto est. Causam etiam addit GEDALIAS ex Talm. Hieros. מ. יומא: רפ' שנורי קטהה בן הונוי ושמי אחיו על הכהן: Quoniam oborta esset controversia inter Oniam ḥ Simei fratrem ejus ob summum sacerdotium, vid. RELANDUS in nott. ad Ottonis Hist. Doct. Mischn. pag. 25.

## §. VI.

Causa vero, cur sacerdotes ita præcipiti furore acti, & effra-  
nata commoti ira, statim sacerdotem præpostere tantum vesti-  
bus amictum, capitali afficere voluerint supplicio, inde derivanda  
est, quia cum omnia in Sacris Leviticis magna religione, quam  
accuratissime observari deberent, sic legibus instructi erant, qui-  
bus tam sacerdotes omnes, quam etiam Pontifex Maximus in ve-  
ssiendo

tiendo deberent esse conformes, adeo ut pro piaculo & capitali crimine haberetur, si aliquis inverso ordine & præpostero ritu fuisset vestitus. Hinc talis reus excisionis habebatur, cui vestes sacra inter sacrificandum deerant, secundum legem. Exod. 28. 23.

וזהו על אחרון וע' בנו בכם אל ארל מוער או בנטם ארל המוכחה לשוח בקרש ולא שאו ען ומזה חקת עלבם דו ורוש אחריו Et erunt (vestes) super Abaron ו super filios ejus, quando ingredientur tabernaculum testimonii, aut quem accedent ad altare, ut ministrent in Sacerdotia, ו non ferent iniuritem, neque morientur: Statutum perpetuum ו, ו semini ejus post illum eicit. Haec tamen poena secundum Doctores Judæorum ad h. l, erat cælitus infligenda, & Genes. vid. MAIMON. in פ' Cele hammitd. cap. X. & R. Levi BARSELONITA in lege 99. apud Cl. Hottingerum de Legg. Hebr. pag. 128. כל וין שיעבור הכהן בין הרוות בן גROL בפחוות מכיריו כמיוחרין לעכורה היהימ א' בוור מהם עכדרתו פסול ו ס' Quotiescumque autem Sacerdos tam vulgaris quam magnus vel paucioribus vel pluribus, quam conveniat, administraverit vestibus, non modo cultus ille profanus est, sed ו ipse mortis עתגלאט fit rem. Et Gemara ZEBACHIM apud Seringham ad Joma pag. 86.

לבש שני מכנסיים שני אבנטים חסר אחורי אורה או שורורו רותיה על מכת בשרו החורין בגדו או שערו מוטשטש ו Si quis duo femoralia, aut duos balteos induisset, si vestis una defecisset, aut redundasset, si emplastrum vulneri impostum sub ueste fuisset, aut si vestes fuissent soridie ו lacerate, ו in illis ministerasset, ministerium ejus est profanum. vid. BARTENORIENSIS ad Zevach. 2. 1. Sic etiam Sacerdotem laceratis aut dissipatis vestibus Sanctuarium ingredi, nefis erat. MAIMON. de Synedriis ו poenis. cap. 19. R. Levi BARSELONITA lege 156. ו Hilarius PRA-CHIUS in nott. ad R. Jedaya Happenini בקשות pag. 58. (Lipf. 1662. 4.) imprimit de solenni pontificis novi sacris vestibus induendi ritu: vid. NICOLAI in nott. ad Sigan. de Republ. Hebr. L. 5. c. 2. ו Cel. SELDENUS de Success. in Pontif. L. 2. cap. 7. ו 8. ו de Synedro p. 1144. ו. Ex hoc Onis hujus piaculo, CL. BRAUNIUS totum illud Schisma derivat, turbas has suisse motas ob inscitiam in ve-  
fiendo Shemai, ut iste in vestiendo error originem dederit celeberrimi istius

*opus templi Oniae in Aegypto: de Vestitu Sacerd. Hebr. L. 2. c. 23.*

## §. VII.

Circa Tempus & annum extirctionis hujus templi, egredius est EUSEBIUS in Chronicorum utroque libro, ubi ad annum ab Abrahamo MDCCCLVI, ita scribit: *Menelao Pontifice Iudeorum a Juniore Antiocho occiso, qui prīus Iudeam Epiphani Antiochō prodiderat, Alcimus alienus à genere sacerdotali ambitione pontificatum invadit. Ob quod Onias, filius pontificis Onie Aegyptum transmigrans in Heliopolitano pago civitatem nominis sui condidit, templo ad similitudinem templi patrii constructo.* pag. 38. & 146. edit. Amst. 1658. & id factum anno ut supra MDCCCLVI. Olymp. CLIV. 3. regiminis Ptolomai Philom. XIX. anno 2. Demetrii Soteris Regis Syrie, periodi Julianæ 4553. æra Seleucid. 152. ante Christum natum 161. vid. ibid. II. SCALI. GERI *Animadu.* pag. 144.

## §. VIII.

Locus in quo templum hoc exstructum, hic executiendus est, qui quidem generali nomine Νους ἡλιοπόλις, tratus Heliopolitanus, JOSEPHO de B. J. L. 7. c. 30. & pagus Heliopolitanus EUSEBIO L. 2. Chron. pag. 146. dicitur: Locus hic distabat 180. stadiis, i. e. paulo minus sex milliaribus germanicis à Memphi versus ortum aëstivum, apud Leontopolim, ubi Agrestis Bubasteos i. e. Isidis vel Diana templum minabatur ruinam & fere collapsum erat. Hinc Onias in literis ad Ptolomaum datis ita scribit. L. XIII. Ant. Jud. c. 6. Επιπλεόν εὑρών τὸν πότνιον ἐν τῷ εργοσχηματινῷ τῆς ἀγρίας βεβάσεως σχυράματι, θρυντες ποικιλὰ ὅλην καὶ τὰν ἱερῶν ζῶν μερῶν, δεῖπνοι αὐγκωστοι μετὰ τὸ ἀδέσποτον ἀνακαθάρσεις ιερῶν καὶ συμπεπλόκος, δικόδομαισινεύοντες μεγίστῳ θεῷ καὶ δόμοισιν τῇ εὐρωπανέμοις κ. τ. λ. Et quia locum inventi idoneum apud castrum, quod agrestis Bubasteis dicitur, plenum varia materia, sacrisque animalibus, rogo, ut mihi permittatis templum, quod illic est, nulli sacratum numini, jamque collapsum repurgare, & aliud loco ejus Deo maximo extruere, ad Hierosolymitani illius similitudinem. Et hunc locum postea Oniae concessit Philometor in literis responsoriis, ea tamen pactione, ut salva legis observatione id fieret, ne que peccare in Dominum videretur. Unde etiam παραβασιν legis transgressionem in Oniae caput rejicit, Conf. L. XII. c. 15, XX. 8. & L. 2. de

**B.** de B. Jud. c. 1. § 7. 30. ubi τὸν ἐν τῷ δίστηλον καλέμαρον ναὸν templum, in urbe ab Onia nominata situm appellat.

## §. IX.

BUBASTUS fuit antiquissima & celeberrima Aegypti urbs, adeo ut etiam inter primarias regionis hujus civitates Ezech. XXX. 17. annumeretur, ubi nomine פְּנַסְבָּת Phibeseth insignitur, LXX. Interpp. Bezaeus: Vox hæc confitata est, ex articulo πι apud Aegyptios celebratissimo, & nomine בְּבָשָׁת, hic enim articulus eodem modo vocibus, quo apud Hebraeos Π, apud Arabes جل præfigi solet, quod demonstravit insigne par Fratrum Doctiss. alter Cl. Jac. HASÆLIS, ονομάτων in Biblioth. Brem. T. 2. p. 491. & T. 5. p. 594. alter Cel. Theod. HASÆLIS ævi nostri Phoenix, Preceptor, dum sanguis in venis calebit summa veneratione colendus, in eruditissimo, quem de Leviathan Jobi, conscriptis libro. pag. 110. & Cel. MOYNE in diss. de Jebova Just. nostra pag. 62. sicut id etiam clarius ex allatis his patet. Ut πίμελος Τυρός Τεστίς, πίζευς Ζεύς, Jupiter, Πίσκαλος Σίκλος, Πίμπαλλιον, Milliare, Πιλαός Populus &c. quarum vocum innumera hic cumulari possent exempla: Coptica lingua Bubastus Κιονδί Siohdī Arab. أسيوط Asiouth dicitur; vid. Athan. KIRCHERUS in Ling. Aegypt. Reſlit. pag. 609. & Idem prolixius in Oedipo P. I. Syntagma. 2. cuius egregii operis ichnographiam vide ad calcem Prodromi Copti sive Arabicī pag. 333. &c. & Carolus a S. PAULO in Geographia S. p. 270. edit. Belg. Hujus urbis Asiouth quoque mentio est apud IBN PATRICK sive Eutychium Alex. in nott. Cl. Seldeni ad Eutychii Ecclesiæ sua origines pag. 124. ubi de Meletio hujus Urbs Episcopo & Schismatico: وَكَانَ عَلَيْهِ مِنْ عَمَلِ مُصْرِفٍ يَغْوِلُ فِي مِيلَطِيوس مَدِينَةً أَسْبَاطَ مِنْ عَمَلِ مُصْرِفٍ يَغْوِلُ فِي مِيلَطِيوس Et erat urbis Apothi, quæ provinciæ est Aegyptiacæ, Episcopus nomine Meletius. Cl. HILLERUS Onomast. S. pag. 672. dicit Abessinorum lingua Phym - bysth denotare, Portionem uxoris, sc. Iſidiæ ab Ophiride in matrimonium ducere. In hujus gratiam Bubaston conditam esse prodit DIONYSIUS L. 1. interque alia in columnæ Iſidi dicata hæc inscripta fuisse:

Mibi BUBASTIA urbs condita est:

Gaudet, gaudet Aegypte, que me nutritivisti.

Græcis

Græcis urbs hæc Βούβατος dicitur, sic Βούβατος Αγυπτια ΕΛΙΑΝΟ  
L. 12. Hist. Animal. c. 29. EUSEBIO in Onomast. S. p. 46. edit. Cel.  
Clerici:

Βούβατος, πόλις Ἀιγύπτου, ἐν Ιεζεχίᾳ.  
Bubatos, civitas Aegypti, in Ezechiele, non in ostia  
sed HIERONYMO ibidem audit.  
Bubastus civitas Aegypti, juxta Ezechielem.  
Plura vid. apud Pompon. MELAM L. 1. c. 9. MARSHAMUM in Canone  
Chronico pag. 46. Conf. CL. CELLARIUS in Geogr. Ant. L. 4. c. 1.  
pag. 33. In hac urbe quotannis Aegyptii festum celebrabant in ho-  
norem Diane, testante HERODOTO in Enterpe. cap. 59. inde &  
Diana BUBASTIS dicebatur. Idem cap 137. § 156. Εν τῇ καὶ τοῖς  
ιστὶ Βούβατος, ἡ δὲ βούβατος καὶ Ἐλαάδα γλωσσαν ἐστι Αρτεμις. In hac  
(urbe) templum est Bubastis, que græca lingua Artemis sive Diana. &  
OVID. Metamorph. L. 8. fab. 13. v. 600.

Sanctaque BUBASTIS, variisque coloribus Apis.  
vid. CELLARIUS l. c. pag. 33. DEMSTERUS in Paralip. ad Rosin.  
L. 2. c. 7. GYRALDUS de Diiis pag. 381. STRABO L. 17. tria ani-  
malia terrestria universum Aegyptum coluisse affirmat, Βέρ, κύνος  
καὶ αἰλούρον, bovem, canem & felem: PHILO Judæus de Decalogo inquit.  
Σέβεται μὲν κύνος, αἴλοος &c. Cum vero Diana felis specie cole-  
retur, Bubastis vel Artemis nomine, ipsam (felim) Deam nota-  
runt: STEPHANUS Byzant. de urbibus voce Βούβατος:

οἱ δὲ Αιγύπτιοι βούβατον τῷ αἴλοον Φάσι.

Aegyptii vero Bubastum FELEM dicunt.  
Et in hac felis Diana admodum grata imagine, ipsamet se abdidit,  
cum Dii adversus Typhocum pugnarent. OVID. Metam. L. 5. fab. 7.

FELE soror Phœbi, nivea Saturnia vacca,  
Pisces Venus latuit, Cyllenus ibidis alis.  
omorum Diana sacra fuit herba ARTEMISIA, ut VOSSIUS Theol.  
Gent. L. 9. c. 25. testatur, se apud Poetam gracum ineditum ita in-  
venisse, adde PLINIUM Hist. N. L. 25. c. 7. DIOSCORIDEM L. 5.  
cap. 110. & iii. & ibid. A. MATTIOLIUM & BARTHIUM ad  
Script. Venat. pag. 138. Herba hæc apud Aegyptios dicitur Βούβα-  
στεος Καρπατια, i. e. Bubastos cordium vel Cor Bubasti, quoniam  
Dianæ cultus in hac urbe mirifice florebat, & ab illa forsan hujus  
(Artemi-

**HELIOPOLITANO.**

17

(Artemisæ) herbae virtus primum fuit inventa. vid. *Apulejus de plant. cap. 10. cit. à Doctiss. KIRCHERO in Lingua Ægypt. Resit. pag. 595.* Exinde jam Josephi loco cit. lucem aliquam dari posse nobis visum est, ille enim locum hunc plenum varia materia & sacris animalibus, (soli sc. sacratis,) esse afferit. Cum vero apud Ægyptios cuiuscunque fere generis animalia, ut canis, felis, ibis, scarabæus, crocodilus, aliaque, summo honore & numinum instar venerarentur, adeo ut si quis ibi aut volens aut nolens necasset, morte hoc piaculum luere deberet. Hinc *JUVENALIS sat. 15. vs. II. de Ægyptiis loquens, ait:*

— — *Lanatis animalibus abstinet omnis*

*Mensa, nefas illuc factum singulari capelle.*

Non possum non, quip etiam jocosum & festivum hujus cultus hic adducam exemplum quod forte fortuna inveni apud Athan. *KIRCHERUM a Prodromo Copto pag. 242.* ubi recensendo venerationem ameti apud Ægyptios Scarabæi egregium è trah. Arab. qui *Dialogus duorum Peregrinorum inscribitur*, testimonium afferit, vile enim illud animal Ægyptiis quondam in summa reverentia fuisse, satis tritum est, adeo ut per publicas incidentes vias, hoc unum, ne numen illud sordidum pedibus obtererent, caverent, verba illa ob libri hujus rarentiam in Philarabum gratiam apponere non gravabor.

وَكَانَ رَجُلًا فَرْسِيًّا وَمَصْرِبِيًّا سَابِرَانَ إِلَى كُورَةٍ  
وَعِيدَهُ قَوْنَيْنِ مَا كَانَ مَا صَبَانَ فِي الطَّرِيقِ إِلَيْيِ الْوَجْلِ  
الصَّرِبِيِّ الرَّجُلُ الْفَرْسِيُّ أَنَّهُ يَدْوُسُ فَلَادَنْفَاعَ عَلَى الْخَنَافِسِ  
الَّذِي هُوَ مَارِعًا كَرَّهُ مِنَ الشَّرِّ يَغْبَنُ وَضَرَّجُ الصَّرِبِيُّ بِصَوتِ  
عَظِيمٍ شَهَدَ كَمَا الْوَقْتُمُ أَنَّهُ كَلَّمَ نَقْيَ مِنْ هَذِهِ الْخَطِيبَةِ فَلَا  
سَالَةُ الْفَرْسِيِّ سَبَبَ هَذَا الْعَوْيَلَ فَإِنَّ جَابَ هَلْ اَنْتَ تَخَافُ  
قَضَيَ الْهَنَّانَ الَّذِي لَصَوْرَتْهُمْ هَكَانَدَا

*Duo viri Perja* (\*) *Egyptius proficentes in regionem longinquam, iis ambulantibus, cum*

*Egyptius videret, quod Perja Scarabæum, qui pilulam è stercore afini con-*

*globatam volvebat, (\*) forte calcaret, miserabiliter ploratu omnes testatus*

C

eſt

(\*) Ratio est, quia Scarabæum e stercore afini proligati dicitur, marem enim Scarabæum semen suum in simum afini immittere, quo in globum convoluta & forma-

*est Deos, ab hoc crimine immunem se esse, cumque insolite ejuslationis causam Persa rogaret, respondit Aegyptius, non ne tu Dei nostri vindictam times, qui imaginem ejus ita indigne trahere audes? Quod si vero felis in domo (\*) aliqua mortem oppetiisset, habitatores domus hujus omnes supercilia eradebant, & felem mortuam efferebant, ad sacra tecta, ubi salita, sepeliebatur in urbe Bubasti, referente HERODOTO Euterpe cap. 66. 67. & his animalibus partim locus ille apud Josephum plenus fuisse videtur, partim aliis soli sacratis ibidemque supercisis. Plura adhuc afferri possent, sed calamum currentem brevitatis studium frænat.*

6 X

Præcipuum argumentum, quo Onias ad templum exstren-  
dum apud Ptolemæum Philom. usus, & quo illud Judæis legitimi-  
mum esse persuaderet, sicut provocatio ad vaticinium Jesaiæ XIX.  
18. 19. hinc JOSEPHUS L 13. A. J. cap. VI. inquire. Tοῦτο δὲ ἐβέλε-  
τω Σερπῖνον μάκιστον τῷ περὶ Ηρώδηα, ὃν ἔτενι ἐμπροσθετοῦσαν, πλεόν  
γεγονὼν, προσῆπν, ὡς δεῖ πάντας ἐν Ἀγρύπηι δικαιοδοκήναν ναὸν τῷ μεγίσ-  
τῳ θεῷ αὐτῶν ἰδεῖν: Hoc autem consilium cepit, fretus maxime prophete-  
tia Jesaiæ vaticinio, qui ante sexcentos amplius annos prænuntiarat, fore  
omnino, ut templum aliquando Deo maximo adificaretur in Ægypto, à vi-  
ro Judeo: Et ibidem in literis ad Ptolomeum ita scribit Onias:  
καὶ γὰρ ἡστέας ὁ ἀρρεφόρος τόπος προέπει ἵεται Θυσιαστῶν ἐν Ἀγρύπῃ καὶ σφι  
τῷ Θεῷ: Nam Ἐζέζας vates predixit, quod erit Domino Deo sacra-  
rium in Ægypto: Conf. L. 7. de B. Jud. cap. 30. Consentientes hac in  
parte Josephus habet Judeos, uti in Iuchafim, cod. Menachot Ḳoṭṭa  
apud R. David. GANTZ in Chronologia S. sive גָּדוֹלָה וּמִזְרָח P. 2. ad  
annum

to novos exinde produci scarabæos, ut ostendit egregius Cel. Jac. HASÆUS Mafsi Phil. Brem. T. I. pag. 271. add. PLINIUS H. N. L. XI. c. 28. AELIANUS Hist. Anim. L. X. c. 15. EPAPHUS US in Panario, heref. 40. contra Arorbonticos: Sim. MAJOLUS Dier. Canicul. T. I. coll. 5. p. 132. edit. Mogunt. 1610. 4o. Pierii VALER. Hieroglyph. L. 8. c. 15. 16. CASALIUS de prof. Ægypt. &c. Ritus, c. 18. p. 34. & Cel. GOLIUS in nott. ad Adagia Arab. Eprenii Gramm. affixa pag. 140. Cæterum de FELIS apud Ægyptios culta præter cit. vid. PLUTARCHUS de Isbe & Osfride: GYRALDUS de Diis syntagm. 2. BEYERUS ad Selenium de Diis Syris p. 239. FARNBARDUS in Juven. Sat. 15. 2. EI MENHORSTIUS in Arnobium L. I. pag. 25. edit. Lugd. 1652. MARSHAMUS in Canone Chron. p. 66. DIETERICUS in Antiquit. Bibl. T. I. pag. 449.

כתב בספר יוחסין רפק'לה שחוננו בן שמעון לחק ממן anno 585. רשות לבנות בית המקדש אלכסנדריה של מצרים: והשיב לו המלך איר' יהיה הוכל ו' בארץ טמאה או חנוי הביא' רוא' משיעיה שניבח על זה ביום ההוא יהיה מובח לוי' צבאות בארץ מצרי ונתן לו המלך את שאלתו ובנה שם בית המקדש רומי' המקדש אשר בירושלים: ורכר זה תמצא' בארכות בסוף מסכמי' מנהו'ם בומה ווישלח פרק שני שעיר:

*Id est secundum versionem Guili. H. Vorstii pag. 177. (edit. Lugd. 1644. 4.) Scriptum autem est in libro Juchafin pag. 138. Oniam Filium Simeonis ab eo (Ptolomeo Philom.) facultatem accepisse exstruendi templum Alexandriae in Aegypto, & respondit ipsi Rex, quomodo templum Domini futurum esset, in terra immunda, tunc protulit Onias probationem (visionem) ex Iesaiā, quod de eo vaticinatus erat. Die isto erit altare Domini in terra Aegypti (Jes. 19. 18.) Et concessit ipsi Rex postulatum ejus, & exstruxit ibi templum ad figuram sanctuarii, quod erat Hierosolymis. Rem hanc fuse invenies sub finem tractatus Menachot & in JOMA HIEROS. cap. 12. cuius haec sunt verba*

ונחננו' ברך לה' המלך משם לאלכסנדריה ועמר גור': *Onias* *fugit in montem Regium & inde Alexandriam fugit ibique subsistit, & adificavit altare, & legit super illud textum illum Jes. 19. In die illo Ec. R. Sal. Ifacidae sive RASCHI ad Jes. 19. de verbis ex Menachot ciatatis loquens ait: וש מרבותנו שדרשו' במסכת מנחות על מובח: בית חנוי' בנו של שמעון הזריק שברח לו למצרים ועשה ש*

*Sunt ex Rabbinis nostris qui exposuerunt in tractatu Minchoth de altari templi Onia Simeonis filii, qui fugit in Aegyptum, & ibi altare exstruxit. vid. BARTENORIENSIS apud Seldenum de success. L. I. c. 8. & OTTONIS Hist. Doct. Mischn. pag. 24. & ibid. nota Cl. RE-LANDI. An vero propheta Iesaias hoc respexerit, & an ejus vaticinium in condendo hoc templo fuerit impletum, cum res aliorum sit indaginis, & majoris ponderis, quæque multis difficultatibus est obsepta, singuli capite id infra pertractabimus:*

## CAP. III.

## De Splendore &amp; Gloria Templi Oniae.

## ARGUMENTUM.

§. 1. Josephi & Rabbinorum de gloria hujus templi, sententia proponitur, §. 2. de cultu in hoc templo peracto, num legitimo an fecus? inquiritur. §. 3. Num tempium hoc praeferendum tempio in monte Gerizim extructo? §. 4. An cultus annui calumnia ab hoc Oniae templo derivanda? TAN: Faber notatur. §. 5. Destructio templi.

## §. I.

Jactis ergo templi hujus fundamentis, de structura interiori ejusque splendore, sollicitos adhuc nos esse oportet. JOSEPHUS hac de re optime instructus, iterum in partes nobis erit vancandus, qui L. VII. de B. Iud. cap. 30. ita de structura hujus templi loquitur. 'Ονιας τὸν μὲν ναὸν ὄνχη ἔμοιον φωδόποτε τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀλλὰ πύργῳ παρεπάλιστον, λίθῳ μεγάλῳ εἰς ἐξήκοντα πύκηες αὔστηπτον. Τέ βωμές δὲ τὴν κατασκευὴν πρὸς τὸν δικὸν ἔξειμισθοτο, καθ' τοὺς αὐαδῆμασιν ὁμίλιας ἐκβομποτο, χωρὶς τῆς περὶ τὴν λυχνίαν κατασκευῆς, εἰ γὰρ ἐποιητας λυχνίαν, ἀντὸν δὲ χαλκεοσκευην τὸν λύχνον χρυσῖν ἐπιφειδοντα σταλεῖς χρυσοῖς αἰλιστας ἐξεργάμαστο. Τὸ δὲ πέμπτον πάντα ὅπῃ πλινθῷ περιεπεπλεγμένον πόλιον ἔχοντο λόγοις. Onias templum dissimile ei, quod est in Hierosolymis, turrim autem similem exstruxit, ingentibus saxis sexaginta cubitis erectam. Ara autem fabricam secundum patriam imitatus est, & donariis similiter exornavit, preter candelabri confectionem. Candelabrum enim non fecit, sed informatum aureum lychnum tanquam jubavis luce radiantem, de aurea catena suspendit. Totum vero circa templum, spatiū, coko latere circum dedit, saxeas portas habente. Sunt etiam, qui huc magnificam illum & sesquipedalibus fere celebratam verbis Alexandrinorum synagogam referunt, cuius magnificentiam Judei in utroque cod. SUC-CAH & PHILO Judæi in Legatione ad Cajum, prolixe satis recentent. Conf. Gem. Hieros. fol. 43. col. 4. LIGTHFOOTUS in Matth. 2. T. 2. p. 260. Doct. DACHS in nott. ad Succab Babyl. p. 422. Cl. CARPZOVIUS in Schikardi Ius Reg. pag. 198. OTTONIS Hist. Doct. Mischn, pag. 26. ABARBANEL prefat. in libros Regum gloriam

gloriam Judæorum Alexandrinorum describens, dicit. *Qui non vidit illorum gloriam, non vidit gloriam tota sua vita & subjungit Alexandriae fuisse sanctuarium & altare, officinam suffitum & panum propositionis & scbolas sine numero.* Mirum vero, quod Onias, cum templum hoc exstrueret, in omnibus templi Hierosol. sacri structuram non fuerit imitatus, Josephus enim expressis verbis dicit, templum illud *τέλεον δισμίλη* fuisse Hierosolymitanum, turrim autem similem, sic etiam fabrica altaris erat æmula Hierosol. quemadmodum & diuinæ Hieros. multis post se opes hujus templi relinquebant parafangis, nec tamen lychnuchum sacro similem facere, & in templo colloquare fuerit ausus, sed ejus loco aliud quid ei simile substituit, aureum lychnum, sc. splendore & jubare auri coruscantem & quam si ardenter aurea catena de laqueari suspendit. *Judaïs enim lychnuchum sacro similem confidere non licebat, & si usibus sacris etiam esset destinatus:* Hinc Patres Talmudici in *Gemara Rosch Hashana*, fol. 25. & *Gem. Avoda Zarab.* fol. 43. 1. apud Cel. RELANDIUM de Spoliis Templi Hierosol. pag. 15. tale præceptum fancierunt. לא יעשה אדם בותה הבנית הילך אכדרא הבנית אוֹלָם חצֵר הַבְנִית עורה שלוחן הבנית שלוחן מנורה הבנית מנורה אבל הוא עושר שֶׁל ה' וְשֶׁל ו' וְשֶׁל ח' וְשֶׁל ו' ל' וְעַשְׂתָה אֲפִלוֹ שֶׁל שָׁר מִינְמָה תְּחֻכָּת ר' יוֹסֵי בֶּן יְהוֹרָה אָמַר אֶל ע' ל' וְעַשְׂתָה כְּרוּךְ שְׁשָׁר בְּבַת הַשְׁמָנָא Ne extrauat quisquam domum ad similitudinem ædis sacre, aut exedram instar pronai, aut aream instar atrii sacri, aut mensam in þar mensæ, aut lychnuchum instar lychnuchi sacri: Sed licebit lychnuchum facere, quinque, sex vel octo ramorum, non vero ramorum 7. Etiamsi non ex auro sed ex aliis metallis constet. R. Jose filii Jehude sententia est, etiamsi ex ligno lychnuchum faciat, non licere, quod talen Chasmonæi fecerint, vid. & HOTTINGERUS de Legg. Hebr. pag. 329.

Ne vero templum hoc omni ornamento orbatum videretur *εἰρεσίμων*, donariis, illud, teste Josepho fuit ornatum. Antiquissimo enim more erat receptum, templa divitiis & donariis exornare: Non hic prolixii sumus in recensendis ornamenti Tabernaculi & Templi Salomonæ, sufficit dixisse, vel Deum ipsum exemplum præbuisse, cum vestes non solum sacerdotum & Pontificis imprimis summi, pretiosissimas & ornatissimas fieri jussérunt, sed &

vasa & instrumenta, ex auro argentoque, ut summi numinis maiestas exinde reluceret, parari voluit. Innumeris etiam liquet exemplis, plerosque veterum non tantum templa pretiosis ornamentis decorasse, sed & scuta, gladios aliaque vasa, imo & pecuniam in sacris ædibus deponere suisse solitos, Deos Deasque illius futuros fidelissimos custodes: Sic *Chrysalus* ille Plautinus ficto in periculo ad senem Nicobulum:

*Nos apud Theotimum omne aurum depositimus,  
Qui illuc sacerdos est Diana Epheſie.*

Et paulo post:

*Quin in ipsa ade Diana conditum est,  
Ibidem publicitas servant,*

PLAUT. Bacchid. 2. 3. vs. 72. Salomo quoque templo suo ducentos ex purissimo auro donavit clypeos, & rursus trecenta purissimi auri scuta: 1. Reg. X. 16. 17. & XIV. 25. vid. CASAUB. in Diog. Laert. pag. 37. SCHEFFERUS & KUHNUS in Ælian. L. XI. p. 527. PERIZONIUS in Ælian. L. 13. p. 793. DOUGTHÆUS Analect. V. T. excursu 114. KUNTZII diss. qua sacram & profanam ἀναθηματικὴν historiam, sigillatim vestes in templis suspenſae, pertractat. Jenæ 1729. Hinc & apud veteres non tantum propter idola, sed & ob opes quæ ibi recondita erant, tempila custodiebantur. vid. Cel. LE MOYNE in Variis S. T. 2. p. 120. Eodem alludit JUVENALIS Sat. XIV. vs. 260.

Et ad vigilem ponendi Castora nummi, Conf. ibid. Interpretes. Quid quod donaria inter templorum præcipua reputabantur ornamenta, probantibus illi. SPANHEMIO in Callim. Hymn. Diana. vs. 229. & PITISCO in Sueton. Aug. cap. 30. pag. 224. Plura de ἀναθηματικοῖς donariis templorum, qui vult, adeat, Tob. ECKHARDUM in eleg. diss. de Templo Cappadocie Comano (Quedlinb. 1721.) §. 45. & seqq. SAUBERTUM de Sacrific. Vet. p. 567. &c. Cel. DEYLINGUM Observ. S. P. 2. Obs. 42. §. 5. Cl. FABRITIUM vastissimæ Lectionis Virum, in Bibliogr. Antiq. pag. 298. & 304. & Autt. citt.

### §. II.

Quod adtinet cultum in hoc templo peractum num legitimum fuerit an securus, satis equidem patet, Oniam, cum hanc rem fuerit aggressus,

fus, à zelo religionis, & avito Deum colendi modo defecisse, quandoquidem ipsum non fugiebat Deum sub V. T. alibi per sacrificia noluisse, nisi Hierosolymis, coli, quem locum Jehova ipse sibi elegerat. *Deut. 12. § 13. &c.* Causas, cur Deus unum tantum altare, unumque pontificem maximum esse voluerit, ex Clerico &c. exponit *Theopb. AMELIUS* sive CL. P. ZORNIUS in *Enodationibus V. T. vernacula editis* T. 2. pag. 206. in nott. Notandum hic etiam omnem cultum extraneum sive sponte, sive per errorem à sacerdote exhibitum, eum ita vitiasse, ut altari aeternum, licet seriam peregrisset penitentiam, arceretur: Notatu dignus est locus MAIMON. in *biath hammick. c. 9.* apud Cl. Seldenum L. 2. de success. in Pontif. cap. VI.

**כְּהֵן שָׁעֵר עֲבוֹרָה זֶה בַּמִּזְבֵּחַ בְּשׂוֹנֵג** *Quicunque sacerdos cultum prefite-rit extraneum, sive id sponte fecerit, sive ex errore, tametsi solemniore pœnitentia ductus, ad bonam mentem redierit, in sanctuario, nihilominus officio nunquam fungetur: Nam § Scriptum est (Ezech. 44. 13. ubi de sacerdo-tibus, qui idola coluerant, agitur) non appropinquabunt ad me, ut sa-cerdotio fungantur mihi, neque discrimen est heic inter eum, qui ut sacerdos in cultu extraneo minister fuerit, § eum, qui adoraverit idolum, § eum, qui agnoverit in eo divinitatem, eique se addixerit: Hi omnes aeternum al-tari sunt arcendi, vid MAIMON in lib. de Idololatria sive מִמְרָרָה לְעַבְרוֹת זֶה אוֹ המשוחחוֹ לְהַכְּרָה כְּמֹרוֹתָה בָּהּ וּקְבָּלהּ עַלְיוֹן מִמְרָרָה לְעַבְרוֹת זֶה אוֹ המשוחחוֹ לְהַכְּרָה כְּמֹרוֹתָה בָּהּ וּקְבָּלהּ עַלְיוֹן*

**בְּאַלְתָּה הָרוֹ זֶה פְּסֻל לְעוֹלָם גָּדוֹלָה** *in lib. de fundamentis legis sive cap. 3. m. 1. & Idem in lib. de fundamentis legis sive cap. IX. m. 6. Prolixe hac de re disputatur in Mardochæi notitia Karæorum, à Cel. & Doct. WOLFIO cum nott. erud. edita Hamb. p. 107-109. Si vero sacerdos quis alibi, quam in templo Hierosol. obtulisset vero Deo sacrificia, non quidem illa, ut in loco profano & idolis sacrata, habebantur, sed tamen sacer-doti illi in sanctuario officio fungi nunquam non erat prohibitum; מִי שָׁעֵר וּשְׁהָ בֵּית חָזֶן*

**לְמִקְדֵּשׁ לְהַקְרֹב כּוֹ קְרָבְנָתָה רְשָׁם אֲנוֹ כְּבִיה עַזׂ וְאַעֲפָה** *hinc MAIMON loco supra cit. pergit: כִּי כְּהֵן שָׁמֵשׁ כְּבִיה הַהָּ לְאַיִלְמָשׁ בְּמִקְרָב לְעוֹלָם וְכִן כְּלִוְתָּה שְׁנָשְׁתָמֵשׁ כְּהֵן שֶׁם לְאַיִלְמָשׁ יְשַׁתְּמַשׁ בְּהֵן בְּמִקְרָב לְעוֹלָם אֶלְאָ וְגַגְגָה וְיַרְאָה לְאַיִלְמָשׁ שָׁם*

## DE TEMPLO ONIÆ

24

שָׁם עָבֵד כְּהֻן שְׁמַט שְׂבִט בְּמִקְרָשׁ לְאֵת פֶּלֶג : Qui lege sacrata violata exstruxerit templum extra sanctuarium, ut offerat ibi sacrificia vero numini, non quidem templum illud, quale templum idolii sacramum habetur. Verum tamen sacerdos quicunque in ejusmodi templo ministraverit, sanctuario eternum est arcendus, quemadmodum etiam instrumenta ibi in cultu adhibita, adhiberi nunquam debent in sanctuario, sed in gazophylacio sunt reponenda. Ceterum videtur nibi, si modo forte sacrificaverit in sanctuario sacerdos, qui in ejus modi templo antea ministerio functus est, actum ejus minime profanum esse. Hec etiam Gemarici affirmant de templo hoc Oniæ, in cod. MENACHOTH c. 13. §. 10. apud SELDENUM I. c. & BRAUNIUM in select. S. L. 3. c. 1. §. 18. חנניא שמשון שמשון בבית הנבו לא שמשו במקרא שבירושלים ואין צורך לרבר אחר שנ' אך לא יعلו כהנו ה' בירושלים כי א' אכלו מצותה בתוך אחויום הרוחן כבורי מומין וולקון ואוכלי אבל לא מקרי בן: Sacerdotes qui ministrarunt in templo Oniae, non ministrabant in templo Hierosolymitano, nec opus est, ut præterea quidquam dicamus (de idololatria) nam sicut scriptum est (2. Reg. 23. 9.) tamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini Hierosolymis, sed comedebant azymum in medio fratrum suorum. Ecce illi sunt instar eorum, qui vitio corporis laborant, partem suam accipiunt, et comedunt, sed non offerunt. vid. ad h. l. MOSES MIKOTZI in ה' מצות ג' ו' no: 309. & CUNÆUS L. I. de Republ. Hebr. cap. 8.

§. III.

Quæstio hic subnascit, num Oniæ templum præstiterit templo in monte Garizim condito, utrumque enim a profugo sacerdote sub vario prætextu, illud divinae prophetiae, hoc sub prætextu montis benedictionum, fuit extructum. Judeos tamen mitius de templo Oniae judicasse, notum est, elegans sane est testimonium Gem. Menachot fol. 109. apud LIGTHFOOTUM T. 2. Opp. pag. 616. Quicunque dixerit, voveo ego holocaustum, offerat illud in templo Hierosolymitano, sique offerat illud in templo Oniae, non præstat votum. Si vero dicat, voveo ego holocaustum offerendum in templo Oniae, offerat in templo Hierosol. quod si offerat in templo Oniae, præstat officium suum. Si quis dicat, voveo Naziræatum, tondeatur in templo Hieros. si vero tondeatur in templo Oniae, non præstat officium suum. At si dicat, voveo Naziræa-

zireatum, ut tondere in templo Onie, & tondeatur ibi, præstat. Hinc etiam Gemarici uno ore cōfítentur in AVODA ZARAH cap. 4. בֵּית הָנוּ לֹא בֵּית עֲבוֹדָה וְהַתְּהִלָּה Domum Onie non fuisse templum cultus idololatrici.

## §. IV.

Notandum hic non desinat, qui ab hoc Onia templo calumniam illam satis & in triviis celebratam aſinini cultus Judeis affidi, originem deduxerunt, ut Tanaq. FABER Epist. L. I. Epist. VI. (Inſerta etiam in Cl. ZORNII Bibl. Antiq. T. I. pag. 229. &c.) quoniam illa ſecundum Josephum L. 14. Ant. Jud. c. 14. nomine Oves sc. Νόας vel Λύκεως gaudebat, cum vero Ονιες vel ἔβερος aſinos aut aſinimum quid denotet, inde paulatim gentiles ἐνοταργεῖας originem derivasse, quam tamen Cel. Fabri conjecturam tanquam frivolam & frigidam multi eruditorum jam pronuntiarunt, in primis id & argumentorum poudere pro more ſolito, id eft, docte & perſpicue ostendit Cel. PRÆSES Noſter Th. HASÆUS in eruditio de ἐνοταργεῖα sive calumnia cultus aſinini a gentilibus olim Judeis & Christianis impacta, libro. (Erfurti & Lipsi. 1716.) pag. 47. & 55. Cui pro iſtitutione & singulari in me affectu perpetuum debere me veneracionem gratius agnosco, unde & hic publice id profiteri haud erubui.

## §. V.

Templum hoc denique Cæſar, cum Judæorum, inquietum circa res novas animadverteret caveretque ſtudium, neve in unum, adſcita populi factione, congregarentur, à Lupo Alexandriæ rectore claudi, & ablatis ἀνθημουσι obſerari jufſit. Lupo postmodum extincto, dignitati & muneri ejus Paulinus ſuccellit, qui auri ſacra adactus fame, omnia ædis hujus ornaamenta abſtulit, vi minisque ita ſacerdotes adegit, ut quicquid præclarum, quicquid decorem & ornatum huic conciliaret ædi, proferre eique tradere deberent: Et hic clausis foribus omnibus ad templum religionis cauſa venientibus introitum denegans, aditum plane inacceſſum fecit, nullo ibidem divini cultus ne quidem reliquo vestigio: Χρήσιμον τὸν δένδρον τὸν γενεθλίον αὐτὸν καροσενῆς εἴη τοῦτο οὐδὲ πάκοντα οὐδὲ τριαντάφυτα. Tempus autem, inquit Josephus, fluxerat usque ad clausum templum, ex quo fuerat conditum, anni trecenti quadraginta (ma- le Rufinus triginta) tres: de Bello Jud. L. 7. c. 30. Hic tamen circa

D

dura-

durationem hujus templi, ab exstrunctione sc̄, usque ad ejus ruinam multi fluctus moventur: HIERONYMUS in cap. IX. Danielis de hac aede ait, quod permanferit usque ad imperium Vespasiani annis 350. Josephus, ut modo vidimus 343. R. Obadias de BARTENORA apud SELDENUM de successi. l. cit. dicit. וְעַמּוֹר הַבָּיִת וְהַחֵן קָרְבָּן לְמַאֲתָמָם שָׁנָה וְנִקְרָא בַּת חִנּוּן: Et stetit templum illud circa ducentos annos. Et nomen accepit domus seu templi Onia, cui calculum suum addit R. Salomon BEN VIRGA in שבט יהורָה pag. 72. vers. Gentii. Josephum vero hic hallucinatum esse, plurimi jam observarunt, & integrum annorum centenarium in computatione sua addidisse, & inde patet, quoniam Judæi de illorum templo prædicant, illud tantum circa ducentos annos stetisse, cum tamen exstruc̄tio, quoad ipsorum hypothetin excurrat ætatem Philometoris, adeoque longe supra ducentorum annorum spatium, unde pro ~~tempore~~ sc̄. εἰν legendum διακόσια ducenti supra 43. annos, sic denique omnia fluunt, & tempori Ptolomai convenient, nam ita accurate in exputatione hac ob difficultates Chronologicas procedere non licet. vid. III. SCALIGER in Animadv. ad Euseb. pag. 144. Circa autorem destructionis hujus templi aliqua difficultas occurrit, quæ tamen non tanti est quem alii Vespasianum, alii Trajanum faciunt: sic Gen. Hierosol. SUICCAH fol. 55. querit, מי חבירבָּן טְרוּגְוָנוֹס הַרְשָׁע Quis (templum hoc) vastavit? Trajanus. Impius. Optime vero Vespasianum tantum claudi jussisse, sed Trajanum prorsus destruxisse & ad incitas redegitse statuitur.

## CAP. IV.

## De Vaticinio JES. XIX. 18. 19.

## ARGUMENTUM.

S. 1. Propheta Jefaiæ XIX. proponitur, num an חֶרְסָה ibidem legendum, מִצְרָיִם denotat urbem, quid עַזְנִים סָכָר Morinus notatur: נְשָׂעֵף Sententia varia. Ainschemes est Heliopolis & עַיר חֶרְסָה itidem Heliopolis, S. 2. Sententiae variae. Seder olam, Abarbanelis, Grotii &c. circa implementum loci Jes. rejiciuntur, S. 3. Ill. Huetius notatur. S. 4. Implementum hujus loci brevibus indicatur. S. 5. Conclusio.

## §. I.

**I**nter alia, quibus Onias Ptolomæi animum tentare, &c, ut rogatam templi extrusionem permetteret, inducere voluit, si Josepho fides sit habenda, in primis est productio loci **Jes. XIX. 18. 19.** ubi propheta prædictit, Deo templum aliquod seu altare fore in Ægypto: **בָּיּוֹת הַהְוָא וְהַוּ וְמִשְׁעֵירָה בָּרֶץ מִצְרָיִם:** מרכבות שפט כנען ונשבעות ליהוה בבראות עיר ההרمس אמר לאחרות **בָּיּוֹת הַהְוָא יְהוָה פָּזָח לְהַוָּה בְּתוֹךְ אֶרֶץ מִצְרָיִם וּמִצְבָּח אֶלְעָזָר:** *In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, lequentes labio Canaan, & jurantes per Jebovam exercitum, civitas Heres dicetur una. In die illa erit altare Jebova, in medio terra Ægypti, & titulus juxta terminum eius ipsi Jebova. JOSEPHUS, ait Jetiam vaticinium illud ante sexcentos amplius annos prædictissime, fore omnino, ut templum aliquando Deo maximo ædificaretur in Ægypto, idque Judæi hominis opera L. 13. Ant. Jud. c. 6. & L. 7. B. Jud. c. 30. qua tamen ultima verba scilicet templum illud à Judæo constructum iri, pro assumento Josephi reputantur. Altioris indaginis est, num per **ער הַרְס** à propheta indigitetur *Heliopolis* (nos enim hic non moramur recensionem interpretum qui per urbem destructionis vertunt) sive *Civitas Solis*, Ægypti celebris quondam urbs, quod fere plerique confitentur, & hic fidem nobis adiungunt, exceptis quibusdam à Cl. VITRINGA b. l. pag. 571. nominatis & M. HILLERO *Onomast.* s. pag. 665. Dum enim JOSEPHUS l. c. dicit, *καὶ τόπος δὲ προφήτην τὸν αὐλαῖον, διὰ τὸν τίκτων,* & multa alia vaticinatus, que ad locum attinent, quidam sunt, qui eum ad prophetiae hujus verba شرور هرس respexisse autuant, ac si ipsum loci *Heliopolis* digito quasi indicasset nomen, cum aedes illa sacra in nome *Heliopolitanus* fuerit erecta, plerosque enim interpretum antiqui, & recentiorum vocem pro affini (Sol. ut Job. 9.7.) sumissi, nemo, qui à limine tantum hanc historiam salutavit, inficias ibit, seu quod antiquitus in codicibus manuscriptis legerint pro **הַרְס**, seu quod affinitatem literarum **הַרְס** & **הַרְס** confuderint. Certum vero ex *Josepho* est, Oniam si non directe, tamen oblique ad hujus prophetiae verba attendisse, & exinde maxime plagam hanc elegisse. **SYMMACHUS** verba hæc*

transtulit πόλις ἡλίου, HIERONYMUS, VULGATUS & alii *Civitas Solis*, LXX. lepide Πόλις ἡσεδὲν Urbs Aſedeck. AQUILA & THEODOT. πόλις ἀρετή, *civitas Ares* i. e. ἄρες & hinc incaute EUSEBIUS ἡράς vertit Πόλις τῆς γῆς, quāsi vox ἀρετής τῆς ἡράς originem, non ἡράς debeat. ARARS vero ψευδῶς שָׁר הַחֲרָס reddidit עירן אלשְׁמֵן *Ain Alshemes*, vel *Pontem Solis*, quoniam fontes in Oriente rarissimi & inde maximo in pretio erant, & ab iisdem plurima res in Eois plagis nomen sunt sortita, vel quod etiam hīc vocem hanc interpretetur per *Urbem Solis*, quoniam & Urbs hīc in sacris בָּתָה שָׁמֶן ut *Jerem. XLIII. 13.* dicitur. Vocem enim עירן notionē της *plage*, *traelus*, *regionis*, loci aliquando pollere, deprehendimus apud CASTELLUM & GOLIUM viros laude mea maiores in *Lexicis b. v.* Et id non solum quam clarissime patet ex verbis RASCHII in *Ezech. XXX.* ubi dicit אֶנְן מִרְיָהוֹת נְצָרִים נְקָרָא בְּלֵישׁ בֵּית שָׁמֶן אוֹעֵן שָׁמֶן. *On civitas Aegypti dicitur in lingua barbarā Betshemes vel AINSCHEMES*, & ex SCALA MAGNA, seu nomenclatore *Aegyptio-Arabico* à Cel. KIRCHERO edito in Lingua *Aegypt.* Restituta pag. 209. ubi *Heliopolis* simpliciter dicitur מבניין الشمس *Ainschemes*, sed & plenius pag. 242. מבניין שמש Civitas solis significat (vel dicitur *Ainschemes*) *Urbem Solis*, male *Kircherus* transtulit *Oculum Solis*: Erronee hic idem Nomenclator vocem Arabicam *Ainschemes* reddit lingua Coptica ΑΙΝΣΧΕΜΕΣ versionem των διεκοπέτων. Sed & certissima notionis huius indicia nobis etiam mater omnium linguarum Hebræa reservavit, in denominatione multarum urbium, sic urbis vel vici την *Aimento*, *Numer. 24. 11.* & *Jos. 19. 7.* quæ καθ' ἔγχων Urbs dicta, (ut *Roma* & *Constantinopolis* quæ hodeporicis *Stamboul* vel *Istamboul* dicitur, ex veterum Græcorum ad quæstionem quo irent? response, *eis. την πόλιν*. vid. Doct. HERBELOTUS in *Biblioth. Orient.* pag. 275. MORINUS de lingua prim. pag. 443. & Cl. MAJUS in *Specim. Ling. Punicæ* pag. 3.). סְמָךְ עַד־זָהָב *Urus Solis* in tribu Judæ. *Jos. 18. 17.* עַד־זָהָב Engeddi Locus, male *sons*, ob vineas aliasque hortorum amoenitates & delicias celebris. Nec à vero forsitan aberrârim, si obscurum illud Talmudicorum. En Sochor exponam *Urbem* non fontem *Sochar*, quæ alias nomine *Sichar* *Job. 4. 5.* & *Sichem* insinuitur, metropolis Samaritanorum, ad radices montis Gerizim sita: *in libro* *Q*

sita: vid. Cl. RELANDUS in *Palestina* pag. 1008. & Idem T. 1. disserit. *Miscell.* pag. 141. Sc. Quæ urbs glorioſa, & in frumento fructiſera, vino & oleo dicitur ab *Anonymo* in *Expositio*nē totius mundi. T. 3. *Geograph.* min. Cel. *HUDSONIS*. pag. 6. Ex hoc enim *Ain sochar* Judæi triticum ad oblationem duorum panum Pentecostalium adducere soliti, si frumentum illud ad maturitatem in locis Hierosolymis vicinis nondum pervenisset, ut ostendit LIGTHFOOTUS in disquis. *Chorogr.* Johanni præmissa cap. 4. §. 4. ¶ 5. Opp. T. 2. pag. 186. & Doctiss. mihique Amiciss. D. HACKMANNUS in diss. 1. de *Panibus Pentecost.*: nuper sub præſidio Cel. & Doctiss. Viri *Conr.* Ikenii heic *Bremæ* edita. pag. 18. Hinc in errorem incidit Cel. MORINUS dum pro *Ainschmes* عین شمس versionis *Arabis* legendum suspicatus est. *Ainschmes* levi ۱۸ in mutatione ob incommodam sibi visam notionem fontis in *Ainschmes*, de *Lingua Primæva*. pag. 93. Pollicem enim hic premit universalis orientalium scriptorum consensus in æquali denominatione *Ain sche-*  
mes. Sic ABULFEDA Ismael princeps Hamæ in Syria, Geographus præstantissimus عین الشمس في زماننا موسى ولبس: *Ain Schemes* no-  
stris temporibus deſtructa, habitatione caret, dicitur autem quod fuerit olim civitas Pharaonis. GEOGRAPHUS NUBIENSIS P. 3. clim. 3. ¶ AVICENNA L. 2. c. 8. dicunt عین شمس *Ainschmes*. CA-  
LENDARIUM MSS. *Festorum* &c. Arabicum mentionem facit Isi-  
dori Martyris in *Heliopoli*: يسبلمس السعید بعين شمس: *Ain Schemes* no-  
stris martyris in *Ain Schemes* apud SELDENUM de Syndriis pag.  
1338. Contentiunt denique R. BENJAMIN Tudensis in *Itinerario*  
שם עזיז יום לעזיז אלען אלשכם ה'א רעםס וה'א: *Ain Schemes* מ-  
ארבה ושם מחרבנן שכנו אבותינו ע"ה ושם כמו מנדלי בנוין: *Ain Schemes* מלבני:  
Hinc dimidio die perveni Iskaal LE AIN ALSCHEAZES qua  
Raemes, jam devasta, ubi structure, quam struxerunt beati Patres no-  
ſtri, extant reliquæ, & veluti turrex ex lateribus structæ: vid. ad b. l.  
Conf. L' EMPEREUR in nott. pag. 224. & ELMACINUS Ibn Abul Jase-  
rit in MSSto inedito apud Cl. HOTTINGERUM Smegmat. Orient. L. 1.  
B. 371. ubi de itinere Patriarchæ Jacobi cum omni familia sua in

واعطاهם فرعون أرض مصر و هو عن  
 اسپس ش Et tradidit ipsis Pharaō terrām Raenijes, qua  $\triangle$  AIN SCHE-  
 MES. præter citata confer. Cl. HERBELOT in Biblioth. Orient. v. b.  
 pag. 79. gallico idiomate Parīs. 1697. fol. edita. Cel. GOLIUS in  
 nott. eruditiss. ad Alfergani Elementa Astron. p. 157. GEOGRAPHIA  
 NUBIENSIS è vers. Gabr. Sionitæ pag. 98. 99. Cel. Le MOYNE diff.  
 de Jebova Justitia noſt. ad Jerem. 23. pag. 185. & SELDENUS de Sy-  
 nedris L. 3. c. 15. pag. 1339. edit. Francof. Luculenter satis evictum  
 jam arbitror Ain Schemes esse Heliopolin Ægypti urbem celeberrimam,  
 illamque per עיר Heres in propheta Jesaiæ esse de-  
 signatam, nullam enim video rationem, inquit, CL. VITRINGA  
 b. l. pag. 572. cur ab Heliopoli hic discederem, sed nomen, obijci posset,  
 scribitur חרס non Heros. Rep. videri posse antiquitus scriptum fuisse  
 aut si omnino fuerit scriptum חרס, literam ו sumi hic pro ו quod affinis  
 sint soni. Plura de hoc loco vid. apud FORERIUM & DRUSIUM  
 in Bibl. Crit. ad b. l. Cl. POLUM in Crit. S. b. l. Theoph. Amelium  
 sive Cel. ZORNIUM in Explicatt. V. T. T. 2. p. 205. & BUDDEUM  
 Hisp. Eccles. V. T. T. 2. pag. 1219.

## §. II.

Circa Implementum hujus loci Esajani, erudití mire variant,  
 quorum sententias recensere omnes, cum temporis quibus circum  
 scripti sumus. limites, tum chartæ angustia non permittunt, tum e-  
 tiam Cl. VITRINGÆ diligentia h. l nobis otia fecit, cui adde Corn.  
 ADAMI Exercit. Exegit. pag. 101. aliquas tamen tetigisse sufficiet,  
 sic Autor SEDER OLAM RABBA sive Chronicon Hebr. Majus pag.  
 66. edit Cl. Meyeri refert ad tempora Hiskiae, cum Sennacherib  
 Rex Assyriorum devictos Ægyptios & Äthiopes ad expugnationem  
 Hierosol. secum duxisset, horrenda vero clade Sennacheribis exer-  
 citui noctu ab angelo Domini inficta. Hiskias devictos populos  
 remisit salvos, ut narrarent mirabilia Dei, eumque erectis aris co-  
 lerent. שְׁלֵמָה מֶלֶךְ שְׁלֵמָה סְנַחֲרִיב עָמָר זָקִוָּה וְטָר אָזָּז  
 האוכלוֹתִין שְׁבָאו עָמו בְּקוֹלָרִין וּקְבָלוּ עַלְיָהֶם מֶלֶכִי שָׁמִים לְקִוִּים  
 מְרוֹן שְׁנָאָמָר בְּיֹם הַחֹוא יְהוָה חִמְשׁ שָׂרִים מְרֻכָּת שְׁבַת כְּנָעַן וְנוּן  
 הָלְכוּ וּבָנו מִזְבֵּחַ וְהוּ מִקְרַבֵּנִין עַלְוָת לְשֵׁם שָׁמִים שְׁנִי בְּיֹם  
 הַחֹוא יְהוָה מִזְבֵּחַ לְתָה' וְנוּן Post Sennacheribi cedem Hiskia surrexit

ט

¶ dimisit omnem multitudinem, quam secum adduxerat collaribus, sive colliculis constrictam, que regnum celorum sponte suscepit, ut impleretur alterum (Jes. 19. 18.) oraculum: Illa die erunt V civitates in terra Aegypti, loquentes sermone Cananeo &c. Quin & profecti exixerunt altare & holocausta super eo Domino obtulerunt, ad implendum sicut dictum (v. 19.) Illa die erit altare Domino in medio Aegypti &c. Vestigia hujus Chronicus preserunt R. Sal. Isacles sive RASCHI & KIMCHIUS in b. l. quam tamen Judaeorum horum hypothesis ut precario assumptam, ita minime probabilem quin fabulosam rejicit Cl. VITRINGA in omnigena eruditio[n]is promptuario, Comment. in Jes. l. c. pag. 578. edit. Belg. Eodem modo Abarbanelis, Grotii & aliorum hypotheses, ut ficticias, & emphasi prophetiae non convenientes, vel illana plane evertentes confutavit Idem Cl. VITRINGA l. c.

## §. III.

Principie Cl. Abrincensium Episcopi P. Dan. HUETII, nota-tu digna hic venit sententia, ille enim in exasciato Demonstrat. Evang. volumine propos. 6. pag. 551. locum Jesaiæ in hoc templo impletum sibi persuasit, nimum enim Josephi ingenio hic indulxit, qui hac de re una cum Onia & Judeis ibidem sacra facientibus videntur fuisse persuasissimi: Scio inquit Ill. Huetius, nonnullos alter sensisse, & hoc ad Sennacheribi & Psammetichi tempora retulisse, sed & rex ipsa Templum nempe Dei in media Aegypto & locus ipse, civitas solis, & rei Autor tam perspicue designantur, ut alio torqueri posse prophetia haud quam videatur. Cum praesertim accedat Josephi autoritas, quem duobus locis affirmatur id non fuisse puto, nisi communis inter Judeos opinione receptum scivisset. Et quamvis κατα σχημα juxta figuram ad vocatiō-nem gentium locum hunc Ill. Vir referendum putet, tamen κατα σχημα de templo hoc explicandum cenfet.

## §. IV.

Mirandum equidem est, Deum singulari quodam providen-tie sua ductu lusuque ad vaticinium hoc in Onia templo olim ex-struendo allusisse, cum interior prophetiae hujus penitatio plane excelsius quid videatur innuere, conversionem sc. Aegyptiorum ad verum Deum tempore N. T. clarissime enim ex prophetia hac elucet, Aegyptios se ad Deum conversuros, eumque culturos, non vero Judæos id facturos in Aegypto: Quin & Philometorem & Cleo-

Cleopatram de spirituali aliquo templo locum Jesaiæ intellexisse, non de corporali, patet, ex Epistola ad Oniam apud JOS. L. 13. A. J. c. 6. *Miramur*, scribit Ptolemæus, quomodo acceptum esse Deo, templum in impuro loco plenoque animalibus statutum, poterit. Plurimum enim hoc argumentum apud Ptolemæum valuisse exinde elucet, alibi tamen *Josephus* L. 7. c. 30. de B. J. Oniam Ptolemæo propulsisse, ait, fore, ut populus Judaicus, facultate hac concessa, ei se adversus Antiochum locarent, quod argumentum ομφατικόν Ptolemæo fuisse, declarat sèpius laudatus BUDDEUS l. c. pag. 1220. quoniam Ptolemaeus & Antiochus invicem gerebant bella.

Hæc sunt, B. L. quæ præcipue de TEMPLO ONIAE ediffienda, mihi proposueram. Ceterum cum fideles N. T. aliud commonstrant templum I. Cor. III. § VI. 16. templum αχεροντιον non manu factum, quod eternum est in celis, nos annulo in nares immiso, in Heliopolitano ulterius nos non patiamur circumduci templo, quin potius aureum illud solis justitiae miremur jubar, & nostræ oculos mentis in interiora, sanctuarii cœlestis dirigamus adyta, cum Psalte intonantes PI. LXXXIV. מה יירוחת משכניתך JEHOVA ZEBAOTH. Quam Amabilia sunt Habitacula tua JEHOVA ZEBAOTH. Tantum!

תְּהִלָּת יְהוָה יְרֵבֶר פַּי וּבְךָ כָּל  
בָּשָׂר שֶׁמֶךְ קְרֹשֶׁוּ לְעוֹלָם וְעוֹד :



COROL.

## COROLLARIA AUTORIS.

1. Literæ Hebraicæ characteribus Samaritanis sunt antiquiores.
2. Levi à Christo ad Apostolatum vocatus fuit Judas Thaddæus.
3. Pf. LXXX. 16. כָּנָה optime ex lingua Ægypt. per plantam, vel surculum explicatur.
4. Donationem Constantini M. tanquam fictitiam rejicimus.
5. Sylvestrum II. Papam à crimine magiae liberum pronuntiamus.
6. Creophagiam ante diluvium illicitam fuisse negamus.
7. Saraceni non dicti à سرک vel سرگ latrocinando, furando, sed à Σαράνη loco Arabiæ secundum Stephanum.
8. Libri Ruth Autorem Davidem esse suspicamur.
9. Ligna שְׁתִים non sunt cedri, sed arbores, quæ *Acacia nigra* sive *spina Arabica* vel *Ægyptiaca* dicitur.
10. Exod. III. 2. seqq. recte per rubrum vertitur.
11. Fuit autem ille rubus Mosis *spina Arabica*.
12. Liber famosissimus dictus de *Tribus Impostoribus*, qualis Friderici II. temporibus scriptus fuit, revera extat.
13. Nunquam tamen typis impressus fuit.
14. Johannem Evangelistam dormire adhuc & vivere, non omnino fabula est.

לְעוֹת מֵה לַעֲשׂוֹת לְךָ  
אַתָּה יְיָ אֱלֹהִים  
הָרֶת וַיְמַתָּךְ  
כִּי אֶל מִצְתָּם וְרָתָה  
וְשָׁרֶת הָרֶת בְּחִכּוֹתָךְ  
רָאֶת וְכַתְּתָה  
עַל כֵּן שָׁרוֹן מִכְלָבָן  
וְשָׁאֵלָה מִכְלָנָבָן  
לְתַחַת תְּן וְחִסְרֵת יְהוָה  
לִימָם מָה עַד סָוף יְהוָה:

Ita Domino Auctori Amico suo in paucis  
charissimo sincere applaudit:

Henricus Lampe. Herm. Fil. Brem.  
S. S. Theol. Stud.

  
**H**ec dum παλαιός, CASSELI splendida Templā,  
Quæ jacuere diu, jam renovare studes;  
Insimul ingenio monumenta perennia ponis,  
Quæ studiū testes, quæque laboris erunt.  
Hem BENE! sic struitur templum VIRTUTIS, &  
inde

Usque in HONORIS erit, jam via strata Tibi.

L. M. Q. satis

Dithmarus Hackmannus.

**T**όν ποτ' ἀκοδόμειος ἵερευς ναόν ἐν τῇσι λαίεσθε  
Ω περὶ ήλιου μίδρου δὲ οὐδέποτε.

Λαμπεότερον τέτον, Κασσήλη γάνης φαίνων  
Τέτω παιδεύτον καὶ σαρεχέτες σε σοφον.

Τέτο νων τικτει μεγάλη οἰωνοματερά  
Εν ταχώς ἀστρονομούμενον.

\* Ουτώς τῷ φιλῷ αὐτῷ επειδὴ προσφέρεται  
προσφέρεται

G. R. Treviranus.

Philol. Stud. Brem.



חָכְרִי פָעֵל מַכְעִיר  
עֲשִׂית וְחוֹשֶׁבֶת בְּמִזְרָח הַיּוֹם  
אָרֶן נְדוּל בְּהִיכָּל אֱלֹהִי צְבָאוֹת  
לְכָנָן לֹא פְלָא כִּי הוֹם עֲשִׂית אָרֶן  
כִּי לֹא חֲכָל כָּל כְּפָמוֹתָךְ

לֹא פְלָא כִּי שְׁטַנְיךָ כָּלָאו  
כָּל פָה עַל חַכְמָת גְּדוּלָה  
כִּי פָעֵל מְאֵשֶׁר חַכְמָת זְהַשְׁגָּה  
כִּי פָעֵל מְאֵשֶׁר זָאת דָתָ מְצָאָה  
אֲשֶׁר הַיּוֹם מִתְים כֵּן תְּמָהָו:

כֵּן זָמָר חָכְרִי לְיוֹדוֹו:

ג. ר. טְרְווִירָנוּס.

Templa

**T**empla \* DOMUS SOLIS depingis, Numina  
Nili,

Et Felis rides Artemidisque focos,  
Seilicet ut gentis Phariæ monumenta probarent  
**CASSELIUM**, præstans hoc dedit artis opus,  
Dicite Jo Pæan! si non præfigia fallent,  
Mox eris eximius Phœbus in æde Dei.

Quid Tua constringam centum in præconia  
versus?  
Quid duodena canam jubila? Cantet opus?

Proni animi testem posuit

**Henricus Lampe.**  
Brem. Philol. & Philol. Stud.

\* Alluditur ad nomen Hebræum  
בֵּית שְׁמָךְ Beth schemesch.



Te 2608

ULB Halle  
003 904 288




3

82

Retro ✓

NC







Oct 5186  
2

**DISSERTATIO  
PHILOLOGICO-HISTORICA  
DE  
TEMPLO ONIAE  
HELIOPOLITANO.**  
*Quam  
בצורת האלילים  
PRÆSIDE  
Viro Celeb. & Dodifimo*  
**Dn. THEODORO HASÆO,**  
 S.S. Theol. Doctore, ejusdemque in Illustri Brem.  
 Schola Professore Publ. Ord. & ad D. Virg. Ædem  
 Pastore vigilant, ut & Collegii Scientiarum, quod  
 Berolini floret, sodali dignissimo.

*Placide Eruditorum subiecte disquisitione*  
*A U C T O R*  
**JOHANNES PHILIPPUS CASSEL,**  
 Bremensis, S. S. Theol. Stud.  
*Ad diem Jovis qui incidit in XXIII. Martii A. MDCCXXX.*  
*H. L. Q. S.*  
*B R E M Æ,*  
 Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, Illustris  
 Gymnasii Typographi.